

Hic Christum personam $\sigma\acute{\upsilon}\nu\theta\epsilon\tau\eta\nu$, duabus naturis, divina & humana, constantem, de eo dubitare nos non sinunt Sacrae literae, & praecipue D. noster Apostolus in praesenti capite.

II. Nobis primo omnium expendenda divina ejus natura, quam quinque ad ductum Autoris nostris evincemus argumentis.

III. Primum petimus ab aeterna ejus & ineffabili a Patre generatione, cujus disertè mentio fit v. 5. $\text{Εγώ οὐτεγον γεγέννηκαὶ σε}$, ex Ps. II. 7. Unde & ibidem dicitur de Christo, υἱὸς μὲ ἐισὺ Confer. v. 2.

IV. Concludimus: Q. per veram, propriam atque essentialem generationem esse suum habet à Deo, adeoque Filius Dei est, is verus quoque & naturalis est Deus. Atqui Christus &c. E.

V. Majorem extra controversiam ponimus, cum *gignere* propriè importet essentialiam communicare; & *Filium esse*, ex essentialia Patris sui genitum, eique consubstantialem esse. Minoris veritas ex verbis textus allegatus patet.

VI. Sed excipiunt *Judeorum* nonnulli, Psalmum II. quem citat. Apost. non de Messia, sed Davide agere. Quibus applaudit *Calvinus* hunc in modum ad haec verba commentatus: *Filius meus est tu.* Potuit quidem David regi juris intuitu censerì Dei Filius, quemadmodum scimus Principes, eo quod pra aliis excellent, tam Deos, quam Dei Filios vocari. Sed hic Deus singulari elogio Davidem ornans, eum non modo supra cunctos mortales, sed etiam supra Angelos extollit. Quod prudenter expendit Apost. ad Hebr. eos Cap. I. 5. dum hoc nulli unquam Angelo fuisse dictum admonet. Quamvis enim An-

gelis

ad d. T.